

www.e-rara.ch

**Georgii Buchanani Scoti poetae eximii Franciscanus & fratres, quibus
accessere varia eiusdem & aliorum poëmata quorum & titulos & nomina
XVI. indicabit pagina**

Buchanan, George

Basileae Rauracorum, [1568]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-245>

Io. Aurati Lemovicis, regii Graecarum literarum in academia Parisiensi professoris, poëmata

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

IO. AVRATI LE-
MOVICIS, REGII GRÆ-
carum literarum in Academia
Parisiensi professoris,
Pœmatia.

IN IO. AVRATVM LEMO-
uicem. Ex Allusionum ipsius
Libro primo.

CArmina cū facias presentibus aurea Musis
Conueniens meritis nomen adeptæ tuis
Diceris Auratus: diceris at alter Aratus,
Nomine si fuerit littera dempta tuo.
Sic mihi tu geminæ decoratus munere lingæ
Auratus Latius, Græcus Aratus eris.
Ni satis hoc (auro tua nanq; poemata certant)
Virgilius Latius, Græcus Homerus eris.
Carmine Mæconiden, Latium si vincet Homerum
Vllus in hoc æuo, Ianus Aratus erit.

Aliud in eundem.

Vt nihil est fului pretio pretiosius auro
Sic nihil est pretio quod tua scripta premat.

Carol. Vrenhouius F.

IOAN.

IOHAN. AVRATI

*Regij Græcarum literarum pro-
fessoris, Poematis.*

AD ILLVSTRISS. PRINCI-
pem Carolum Cardinalem Lo-
tharingum.

*Portat in auratis Victoria Carole pennis
Henricum ad cœlum, Guislademq; tuum.
Et mea nunc præter solitum temeraria Musa
Ad cœlum audaci nititur ire via.
Sed si blanda tui subuexerit aura fauoris,
Quos canit, astra super Musa secuta canet.*

IN GVISII DVCIS RE-
DITVM EX ITA-
LIA.



OLVANT Camœnæ triste silen-
tium,

Soluant: & acri Guisladem lyra
Cantent, remoto iam Britanno

Moenibus à patrijs tumultu.

*Nuper secundus dum terere Annibal
Fastus superbos tenderet Alpium,
Ausu feroces tum Britanni*

Hb 5

Gallica

Gallica sunt penetrare rura
 Orbata tanto præside, tot virum
 Cum caesa fœdè millia, prob nefas:
 Tot vinceta ductorum pudendis
 Brachia nobilium catenis.
 Iam gloriari quidlibet insolens
 Lactabat Anglus, celsa Lutetiæ
 Se templa fundo diruturum
 Sacrilegis spoliata dextris,
 Sed Guisiani fama ferociam
 Gentis superbæ contudit ocyus:
 Vix ductor auditur redire
 Guisius, & fugitant Britanni.
 Vt fortè viso cum cane Theßalo
 Immanis ausi conscius ausugit
 Agna lupus laxis remissa
 Faucibus horribiliq; dente.
 Nec mirum, agebat non stimulus ducem
 In bella simplex: mixtus erat dolor
 Acer pudori, capta signa
 Gallica, se rouocatum ab ausis.
 Vt pœnus olim, Scipio cum vreret
 Arces Elisë, iam Capitolio,
 Cuncto timente iam Senatu,
 Signa domum reuocare iussus.

DE CALETVM VRBE NV.

per à gallis Guisio duce recepta,
Carmen alternum Aurati.

Loquuntur inter se

NVNTIVS ET VVLGVS
GALLICVM.

N. CLAMATE GALLI NVNC
ter io io.

V. *Quæ leta Gallis instat ouatio?*

N. Capti Caletes. V. *Multa paucis
Digna nouo memoras triumpho.*

N. *Vicêre Galli, sed duce Guisio:*

V. *Io triumphæ, nunc ter io io.*

N. *Vicêre victores Britannos:*

V. *Nunc ter io, ter io triumphæ.*

N. *Annos ducentos serua Britannia*

Vrbs libertata est, V. Nunc ter io io.

N. *Migrate iam prisca coloni.*

V. *Nunc ter io, ter io triumphæ.*

N. *Illinc Philippus pulsus Ibericus.*

V. *Pulsus Philippus antè Valesius.*

N. *Vt nominum, sic fata rerum.*

V. *Nunc ter io, ter io triumphæ.*

N. *Rexpulsus Anglis antè Valesius:*

Rex

- Rex nunc repellit ecce Valesius
 Henricus Anglos. V. Est nepos, est
 Vltus auos: ter io triumphe.
- N. Medi feroces Ecbatana ob sua.
 V. Angli minaces ob sua Risbana.
 N. Sed capta Græcis illa, Gallis
 Viribus hæc. V. Ter io triumphe.
- N. Non iam Britannos ardua moenia
 Seruant Caletum. V. Nunc ter io io.
 N. Non æstuarij fossa clausi.
 V. Nunc ter io, ter io triumphe.
- N. Quâ nuper Anglus oppida Gallica
 Trux asilibat liberius vagans:
 Hac asilit nunc Gallus Angla.
 V. Nunc ter io, ter io triumphe
- N. Nunc præda prædo factus. V. io io.
 N. Victusq; victor. V. Nunc ter io io.
 N. Nunc prouocator prouocatur.
 V. Nunc ter io, ter io triumphe.
- N. Henricus author tam subiti boni,
 Qui Guisium cum fulminibus suis
 Misit Caletes territorum
 Igne suo. V. Ter io triumphe.
- N. Hispanus hostis non semel hunc ducent
 Sensit valentem. V. Tuncne Valentia est
 Cum capta? N. Et ad Rantina castra,
 Atq; Mosellica. V. Io triumphe.
- N. Olim puellæ vis Lotharingicæ

Pellebat Anglos (mira, sed actares)

A Gallia: nunc Gallia Anglos

Vis iterum Lotharinga pellit.

V. Fatale quoddam ius Lotharingæ est

Gallos ab armis asserere Anglicis

Quondam puellari, virili

Marte recens: ter io triumphe.

N. Rex, anne dux est ipse beator?

V. Ambo beati, Rex duce, Rege dux.

N. Ambobus ergo ambo canamus:

V. N. Nunc ter io, ter io duobus.

AD HENRICVM VALESIVM

Regem inuictis.

DE CALETICA VICTORIA.

Alternis loquuntur duo de
plebe Gallica.

G A L L V S I.

Audax Iberus coniugio nouo,
G. II. Dotalis audax imperio Insule,

G. I. Henrice te tentarat ultro,

G. II. Nunc timet ante tuos Caletes.

G. I. Sic ultro Atridem voce laceffere

Ausus superba vxorius ille Phryx:

G. II. Sic mox laceffitum refugit

Coniugis in gremium recurrens.

G. I. Iur-

- G. I. Iurgauit vxor tunc reducem Parin:
 G. II. Iurgabit vxor nunc reducem virum:
 G. I. Quòd turpiter cefsisset ille:
 G. II. Quòd modò turpiter iste cefsit.
 G. I. Ergo (inquietabat tunc Helene suo)|
 Victus redis tu femiuir à viro:
 G. II. Ergo redis tu (dicet Angla)
 Viste viris vir Ibere Gallis:
 G. I. At non eras id pollicitus tuæ:
 G. II. Non, sed subactæ iura Lutetiæ:
 G. I. Et sceptræ regni Gallicanti:
 G. II. Pollicitis leue pondus amplis.

DE REGE HENRICO IN EQVO

veredo ad Caletes vecto,

Duo Viatores.

- V. I. **Q**uem tam citato fert leuis impetu
 Sublimem in auras Persea Pegasus?
 V. II. Henricus est quem fert volantem
 Nunc equus ad domitos Caletes.
 V. I. Nunquid resectæ Gorgonis in manu
 Colla, & cruentas exuuias quatit?
 V. I. Non colla sed raptum Medusæ
 Ille quatit spoliū Britanniæ.
 V. I. Quis iunctus illi purpureo volat
 Fulgens galero, & purpurea stola?
 V. II. Non tu sacrum noscis galcerum
 Mercurij, similesq; vultus?
 V. I. Num Perseo iste Mercurius dedit

Falcatum & ensen, & verba salubria?

V. II. Quidni? dedit sed fratris ensen,
Ipse suos monitus salubres.

DE DUCIS PARMENSIS COPIIS

à Ferratiano Principe nuper fuis
fugatis.

DUm Guisiani feruet adhuc recens
Plausus triumphi, plausus adest nouus:

Ferrarij quem dextra nuper
Martia Marte tulit secundo.

Ergo trophæum dux geminus duplex

Vno excitauit tempore, de domo

Vna: iugalis namq; tæda

Vna duos sociat penates.

Ferrarianam Laurea filiam

Duplex coronet: quam meruit suus

Illinc vir, hinc frater, receptis

Ille Caletibus, hic Iberum

Cæsis virorum tot modò millibus

In montium radicibus, oppidum

Ad Rhegij: quos infidelis

Parma ducis malè protegebat.

Ferrariani ô ferrea dextera:

Quæ tot cruores sparsit Ibericos

Vno sub ictu: vt lata campos

Sanguinis obrueret procella.

Qualis frementi murmure proruit

Torrens supinis collibus in cauas

Valles:

Valles: vt horrendam propinqui
 Diluuiem trepident coloni.
 Vnis beata ô Gallia sat nouis
 Effes opimis: sed cumulat Deus
 Pæane Pæanem, rependens
 Damna lucris tua fœneratis.
 Hic expiabit annus (vt incipit)
 Anni prioris dedecus: accipe
 O Gallia omen: sed Deûm quis
 Vestra trophæa Duces ligauit?
 Idémne qui vos antè ligauerat
 Connubiorum nexibus aureis,
 Nunc ferrei iunctos triumph
 Infragili religat catena?
 Tam forte quæ vis soluere vinculum
 Possit? quis illud diruere impetus?
 Est magna vis affinitatis,
 Maior erit socij trophæi.

IN CONVENTVS AB AVGV-
 ftissimo Gallorum Rege Henrico II.
 Parisijs habitos Nonis Ian-
 uarijs 1558.
 ALLEGORIA.

Avdacis iuuenis cùm tumeraria
 Virtus patris equis vsa proteruius,
 Flammasset superum templa, nouos sacris

Ignes ignibus inferens:

Casu sollicitus Iupiter ætheris
Compefcit prius ignem, atq; deum metus:
Tum circumfpiciens cuncta perambulat
Regni læfa fui loca.

Postquam intacta rogis cætera & integra
Deprendit folito more perennia
Stare à perpetuis nexa adamantibus,

Præter fi qua vorax vapor

Iam confumpta avidis carperat ignibus,
In partem vacuum labe deos vocat
Omnes, femideosq; & fimul infimæ
Plebis præcipuos duces:

Communisq; fuper clade periculi
In commune iubens fubfidium dare,
Sic ipfe in medijs ora refolvere
Sacris vocibus orfus eft:

Res magna, ô Proceres, nunc agitur, falus
Omnis veftra meis nixa palatijs,
Quæ læfa à fubita confpicitis face:
Nam quæ veftra Dei falus.

Si fervantia vos tefta Iovis ruant?
Vos ergo in medium confultite, & meis
Veftrisq; exitium pellite fedibus
Pro fe quisq; fideliter.

Certè fuma fides ac pietas mea
In vos femper erit: huius & obfidem
(Si fas dicere, fed fas mihi) fatum

Do communiter omnibus.

Dixit, nec mora Dij verba Iouis suis
 Excepere sonis: prima Iouis fides
 Hermes, purpureis cinctus honoribus

His Regem refecutus est.

Quis non de superis tam placido & bono
 Regi præstiterit, quam meruit, fidem
 Tot tantisq; suis ille laboribus

In communis opes boni?

Cuius primus honor, quòd reuerentia
 Dijs templisq; deum salua sua est adhuc
 Contra barbara tot monstra Gigantium

Cælo bella minantium.

Alter proximus illi hic Iouis est honor,
 Non fuisse rudi secla silentio

Torpere, & varijs artibus ac sonis

Instruxisse hominum genus.

Et nunc quanta animi sollicitudine
 Coniunctum superumq; atq; hominum decus
 Incumbit reparare, ignibus impijs

Tentatas superas domos?

(Sed quo iam ulterius, quò ruis ô procax

Musa augusta deum consiliantium

Paruis dicta modis attenuare? age

Adduc interius rotas.)

Hæc Hermes superum digna fauoribus

Diuina ambrosio gutture fuderat

Verba, & quicquid opum diuitibus latet

Templorum

Templorum penetralibus,

Offert ad reparanda vsta palatia:

Pubis robora Mærs, gnauaq; brachia

Fabrorum alma catas artificum Themis

Mentes: æquoreus deus

Largam materiam, marmor, ebur, rubro

E ponto lapides, quicquid ab vltimis

Terris turba refert alta secantium

In vastis onerarijs.

Laudatis pariter vox Iouis omnibus,

Conuentumq; deum, vnaq; silentium

Soluit: cuncta fremit murmure plausuum

Intus Regia Coelitum.

AD MARGARIN VALEA

siam Regis sororem,

De Guiniana arce recens capta.

Qvis tot recentes sufficiat tui
Fratris triumphos Margari diceres?

Non fessus ille hostes domando:

Fessus ego domitos canendo.

Capti Caletes, captaq; Risbana,

Et capta nunc arx Guinia, & altero

Alter super rumore rumor

Letus ouans venit à Britannis.

Sed Guinij nunc præcipuus labor

Cantu canendus præcipuo mihi est,

Absente quo de Rege curas

Sollicitæ minuat sororis.
 Absens receptas ille Caleticas
 Turres recenset, templa, vias, domos:
 Absens recognoscit suorum
 Vulnera, facta, trophæa, prædas.
 Hostes Britannos vrbis agens pudor
 Gallis receptæ post duo secula,
 Pro Guinianis præliari
 Mœnibus acrius incitabat.
 Multi furebant intus Iberici,
 Fortesq; ,forti cum duce, milites:
 Gallos & vrgebant Britanna
 Durius integra signa fessos.
 Sed Rege viso, castra recentia
 Pugnare credas: tam celeri impetu
 Intratur arx tum Guiniana
 Vi, sine conditione, capta.
 At dederes te (si saperes satis)
 Sicut Caletes, Guinie: & à duce
 Mox impetrares tam benigno,
 Ne rigidos caderes in enses.
 Punire quos vult pro meritis Deus,
 His mentis aufert consilium bonæ.
 Cæsi rebelles: nunc superbæ
 Pœna alias monet vrbis vrbes.

DE POETIS, ET PRINCI-
pibus victoribus Poëtas amantibus,

AD EVNDEM PRINCIPEM

Carolū Lotharingum Cardinalem,

Carmen Pindaricum.

STROPHE I.

PRisci, Lotharinge, Poëta
Quos coronatos comam
Simplici lauro, nec auro,
Duxerunt antra in sua Pierides,
Nouerant solos amores
Ad calamos modulari,
Si qua puella decens, aut si qua nympha
Dulce florentis iuuentæ ver agebat.

ANTISTROPHE I.

Fului nec enim nitor auri
Rusticis adhuc erat
Cognitus Musis: nec ullus
Rex amandis carminibus pretium
Dixerat: testudinem nec
Tum decorabat eburnam
Aurea lamina: sed vili tabella
Pauper è ligno dabat cantus acerno.

EPODOS I.

Tunc quoq; Thessalicas
Te, Phœbe, ferunt pecudes ad fistule

Murmur arundineæ duxisse pastum,
 Aureos præter capillos
 Nescium quid esset aurum, nec solitum
 Auream gestare manu pharetram,
 Gemmeaûe tractare plectra.

STROPHE II.

Quis præside & auspice vaturn
 Sic egente & sordido,
 Cultiores tunc fuisse
 Credat ipsos? versibus aut aliqua
 Constituta tunc ab vllis
 Regibus esse vetustis
 Præmia? diuitijs reges & ipsi
 Cum carentes, in toris herbæ virentis

ANTISTRO. II.

Sub fronde virente cubarent:
 Sceptra nec ferrent manu
 Vlla præter quàm recisa
 Matre silua: quæ tamen, vt Styga dij,
 Sic timebat peierare
 Simplicitas vetus: at nunc
 Aurea sceptra ferunt nostri potentes
 In manu Reges & aureas coronas.

EPOD. II.

Qualis erat Siculus
 Rex, aut Hiero, aut Polybulus frater, aut
 Tu Thrasybule, Gelonq; clara proles
 Illius potentis omneis

Et velut dulces quadrigæ Dinomenis:
 Qui tenebant sub ditione sua
 Regna totidem fœderata.

STROPH. III.

Nam Græcia tempore quodam
 Diues armis & viris,
 Et triumphis ac trophæis,
 Atq; partis cuspide manubijs
 Clara florebat, beatam
 Sed stolidam populata
 Barbariem. nec enim sat tuta lanæ
 Pellis aureæ carens cauto dracone.

ANTISTRO. III.

Sic Persia præda dolose
 Facta quondam Græciæ,
 Victa victores beavit:
 At coronæ sceptraq; frondea mox
 Sorduerunt: atq; coeptæ
 In phalerasq; rotasq;
 Persides Argolicas frangi tiaræ,
 Et comæ gemmis manusq; illuminari.

EPOD. III.

Nec mora, cum studijs
 Plebs arsit equumq; virumq;, qui sacris
 Pulverulenta nouarent rite ludis
 Lustra: feruidisq; cautè
 Electerent metam quadrigis axifragam.
 Hic videres omnia diuitijs,

Omnia coruscare gemmis.

STROPH. IIII.

Conferta coibat ad illa
 Græca gens spectacula,
 Parq; maior Barbarorum
 Solis ex ipsis propè carceribus
 Vsq; concurrensq; metis:
 Cerneret vt decorata
 Curricula atq; rotas fuluis Pyropis,
 Et virentibus Smaragdis & Topazis.

ANTISTRO. IIII.

Sed non opulentior vlla
 Visa equum solennibus
 Pompa ludis: quàm potentes
 Quas Tyranni ducere sunt soliti,
 Insulæ Reges Triquetrae:
 Nec domus vlla coronas
 Tot vel Olympiacas, vel tot Nemeas.
 Pythiasue, aut Isthmias sortita plures.

EPOD. IIII.

Gloria sed fragilis
 In frondibus arboreis est: & nocet
 Dente suo caries longæua signis
 Aureis argenteisq;
 Nec vigeret viua virtus lausq; virum,
 Qui seribant sydera verticibus
 Dijs paria quondam per acta:

STRO-

STROPH. V.

Ni prouida cura potentum
 Diuitumq; Principum
 Id timens, fabros vocasset
 Qui perennes arte sua statuas
 Elaborarent, Eposq;
 Perpetuum, numerosq;
 At citharam modulandos. tunc Poetae
 Rure regales in aulas demigrare

ANTISTRO. V.

Iussi, manibus repulerunt
 Stridulas arundines:
 Ut Minerua cum foratam
 Tibiam, deformiter os tumidum
 Et genas diuaricantem
 Cerneret amnis in vnda,
 Se velut in speculo spectans in illa,
 Fertur abiicisse fractam: sic & ipse

EPOD. V.

Ligna paludigena
 Cera pariter, serie sed dispari,
 Rite ligata relinquunt: gemmeasq;
 Ad lyras testudinesq;
 Admouentes dædaleos articulos,
 E cauerna sculptilis aut eboris,
 Aut tenuè clangentis auri,

STROPH. VI.

Auro similes modulatus

Ediderunt: atque ita
 Masculo sunt coeptas cantu
 Inclytorum fortia facta cani
 Principum simulq; Regum,
 Posthabita pecorosi
 Delicijs Galatea Tityrilli:
 Pallas & Pali, palatia alta syluis

ANTISTRO. - VI.

Praelata, iugoq; bicorni.
 Nam sues Bœotias
 Pauerat qui sub vetustis
 Pastor olim Pindarus ilicibus:
 Aurco tunc coepit arcu
 Eminus eiaculari
 Tela volantia, ceu canos olores
 Quæ sacros Reges tulerunt astra supra,

EPOD. VI.

Præcipuè Siculos:
 Quos Iuppiter vt genuit, sic editi
 Regibus ex atauis horum nepotes
 Principes, armis & ipsi
 Nobiles, suoq; digni genere.
 Sicut & nunc gens Lotharinga probat
 Se Siciliae Rege natam.
 Charos pia quæ sibi Gallos
 Mente tutans & manu,
 Vt suæ testes Poetas
 Laudis ornet Regia dextra facit:

Vnde

Vnde sese aurata plectra,
 Aurea fila chelynq;
 Noster habere superbit nunc Apollo,
 Hos habens dulces apud Regem patronos.

ANTISTRO. VII.

Se, qui volet, esse creatum
 Optet illo seculo,
 Falcifer quo Rex egenos
 Temperabat atq; rudes populos:
 Me iuuat nunc esse natum,
 Cum decorata nitensq;
 Diuitijs & honore docta Clio
 Exiit turpem situs prisca veternum.

EPOD. VII.

Dos alit ingenium,
 Augetq; bonas honor artes: sunt vbi
 Præmia digna, grauis pondus laboris
 Quæ leuent. nam lassat aruum
 Pingue, sed fessos iuuant frumenta boues
 Mellis instar, tristis amaritiem
 Pabula minuunt aratri.

STROPH. VIII.

Certè propè manca sit omnis
 Vis virorum fortium:
 Ni sit vnde bellicoso
 Comparentur arma munusq; virûna
 Imperatori duciq;
 Tempore sicut & illo.

Quo

Quo sibi Guisades tantum suisq;
Dux parauit nominis, tantumq; famæ,

ANTISTRO. VIII.

Virtute quidem duce, verum
Cui comes fortuna, tu:
Meta nam Metensibus
Ille terris firma tenaxq; manens,
Transitum præclusit hosti
Gallica tecta minanti
Ignibus atq; globis raptim rotatis
Fulminis sese modo mox diruturum.

EPOD. VIII.

Sed minuit rabient
Hostis gemina stimulati Erinnyde,
Bile pudoreq; tabendi pruinis
Ante murorum moras, dux
Vrbis obsessæ fidele præsidium
Atq; custos, Guisus ille vigil
Consilia fraudesq; tectas

STROPH. XI.

Vulpis vetule speculari:
Non minus quam strenuus
Ire cominus periclis,
Cum vocarent horrida signa tubæ,
Nec pauere sibilatus
Hinc simul hincq; per aures,
Et caua tempora raptim transmeantum
Plumbearū glandium, & ferri volucris.

ANTI-

ANTISTRO. IX.

Ergo domus illa beata
 Semper est, semper fuit,
 Quæ viros sortita tales,
 Tamq; forti pectore conspicuos,
 Tam simul largis abundat
 Diuitijs proauitis:
 Iuncta quibus faciles occasiones
 Gloriæ virtus habet sibi parandæ.

EPOD. IX.

Sæpe suis opibus
 Gens auxit opes Lotharinga Gallicæ
 Non ego ficta, nec intestata canto:
 Testis est amnis Moselle,
 Altera Rhenusq; ripa potus equis
 Gallicis, ô Carole doctæ, tua
 Non sine toga, & fratris armis.

STROPH. X.

At nuper item sua fratrem
 Quò tulit virtus tuum,
 Gallicæ robur iuuentæ
 Montium per nubiferos apices
 Transferentem? qualis olim
 Annibal acer aceto
 Igneq; sulfureo domare saxa:
 Quâ truces Vestæ focis inferret Afros.

ANTISTRO. X.

Dispar modò causaq; duxq;

Perforant.

Perforandarum Alpium.
 Infideles tunc Iberi,
 Infideli sub duce, Romulea
 Tempia, Tarpeias & arces
 Diruere igne manuq;
 Per rabiem indomitam stulti parabant:
 Sed sua in contrarium spes vertit ipsis.

EPOD. X.

At Lotharingus agens
 Agmen iuuenum (pia castra) principum,
 Ibat vt horribiles arceret ignes
 A Quirini moenibus: quæ,
 Turca tum tanquam prophanus, hostis Iber
 Trux surebat sternere fracta solo,
 Omnia Deo non probante.

STROPH. XI.

Iam tela retorta volabant
 In manus quæ torserant:
 Vt Gigantes cum sepulti
 Sub ruinis procubuere suæ
 Molis affectantis ad astra
 Scandere more nefando:
 Nam genus est hominum sensu carentium,
 Qui nefas pugnare dijs non esse ducunt.

ANTISTRO. XI.

Quæ quantaq; Tibri videres
 Impiorum funera?
 Quot rotares non inanes

Sub cruentis vorticibus galeas?
 Quas resecta fronte plenas
 Guisiaci furor ensis
 Demeteret, dominis raptasq; truncis
 Fluctibus mandaret Hetruscis ferendas.

EPOD. XI.

Sed properavit Iber
 (Tandem sua per mala vir stultus sapit)
 Sancire fidem populo cum Romuli,
 Et pedem referre Roma,
 Te timens, Henrice, cuius Guisades:
 In Latinos pro Latio populos
 Signa cruce portabat alba.

STROPH. XII.

Annibal alter iens tum
 Fregit Alpes Guisius:
 Pace Romanis sed acta,
 Dum rediret, cautus erat Fabius
 A' dolis Florentianis
 Agmina salua tueri,
 Atq; tuis ô Ibere fraudulente,
 Punica cui vetus est fides in armis.

ANTISTRO. XII.

Contra tua vota minasq;
 Guisius reuersus est:
 Et reuersus est vocatus,
 Vt Britannas pelleret hinc pharetras
 Sic & à Roma retractus

Annibal

Annibal, vt patriæ vrbi
Subsidium, sed mane ferret: ast hic
Ancora sacra suis Gallis refulsit.

EPOD. XII.

Gallia iam penitus
Flammis & erat populanda cædibus.
Clade tot antè virum Gallis ducumq;
Accepta, & inflatis secundo
Prælio, vrbis atq; direptæ spolio
Hostibus: cùm grata superueniens
Guisiàs hasta, sua vmbra terret Anglos:

STROPH. XIII.

Vt, cùm lepores capreæq;
Agmine lasciuiunt
Ludibundo per patentis
Aequor arui, vere nitente nouo,
Siqua visa trans volantis
Vulturis accipitrifæ,
Quæ citò pingat agros, nigrans imago:
Terror imbelles feras in antra cogit:

ANTISTRO. XIII.

Sic territa tum reuocauit
Guisio viso gradum
Vis Ibera, vis & Angla,
Seq; clausos continuère suis
Mœnibus, qui nuper vltro in
Mœnia nostra ruebant.
Hos tamen arce Caletum, apes vt alueis,
Guisius

Guifius eruit igne, acriq; fumo.

Nec remorata virum est

Natura, nec ars loci inexpugnabilis:

Improba non hyemis bacchantis ira.

Spreuit Iccij pruinas,

Alpium qui iam niues non horrerat.

Vndecim quæ mensibus vrbs fuerat

Capta, totidem nunc diebus

STROPH. XIII.

Est Marte recepta volucris

Regis, & gnauis ducis,

Regis Henrici, ducisq;

Guifiani: quorum ego sæpe libens

Iuncta cantabo trophæa.

Sæpe Ioui suus est Mars

Dulciter associatus à Camœnis,

Ille fulminum vi victor, hic sed hasta.

ANTISTR. XIII.

Galli Iouis hinc quatiebant

Sæua muros fulmina:

Inde Guifius pauens nil,

Dux agebat mille secuta ducem

Agmina irruptura turres,

Mille simulq; frementum

Sub duce fratre suo turmas equorum:

Tertio cum fratre Neptunus parabat,

EPOD. XIII.

Classe manuq; frequens,

Per mille virum fodientum brachia

Mille tridentibus armata atq; palis,

Aggere exæquare fossas.

Sed receptui vrbe capta iam canitur:

Bella, Clio, mitte iubente tuba:

Et cane triumphum, arma differ.

IN TVMVLVM IANI

Brynonis.

I. AVRATVS.

O Ccidit, heu MVS AE! Mæcenas Gallicus
alter

Extinctusq; pari carpitur inuidia.

Si pudor est DIVAE, patrem defendite vestrum,

Qua licet, vlcisci certè ego nitar, ope.

Mirentur reliqui, tacito vel crimine damnent,

Quòd tantas BRYNO tam citò carpsit opes:

Mille mihi testis, & testis millibus ipse,

Quæ dederit doctis munera, quotq; viris.

Extant accepti tabule, monumenta librorum,

Quæ Mæcænati quisq; dedere suo.

Scriptaque si numeres BRYNONIS habentia
nomen,

Et quasi Musarum ritè dicata patri,

Vix de principibus, & vix de Regibus ipsis,

Plus expensum illis qui ferat, vllus erit.

Tale hominis fuit ingenium, nullum vt genus artis.

Nullum non coleret nobilium artificum.

Sumpti-

Sumptibus his, ac non nugis leuioribus, arca
 Munifici exhausta est, magnificiq; viri.
 Sed quò non adeat liuor prælustria carpens
 Semper, & infami splendida dente petens?
 Et Mecœnatem vatum columenq;, decusq;
 Liuor edax laxos dixit habere sinus.
 Hic quoq; Mecœnas nostri rarissimus æui
 Aequat quem meritis, æquat & inuidia.
 Sed tandem morietur & hæc: at gloria rerum,
 Vt solet, à summo funere maior erit.

Idem.

Florebas quondam BRYNO, sed flore caduco,
 Cui tam splendida res Præsida patre fuit.
 Sed iuuenile calens pupilli diuitis ætas
 Vtilis ab alijs, visa nocere sibi est.
 Nunc deserbuerat postquam calor ille iuuentæ,
 Et poteras damnis cautior esse tuis:
 Nunc cum supplicibus iam iamq; præesse libellis,
 Labentem poteras & stabilire domum,
 Occidis ante diem, nec in hæc te tempora seruas,
 Infelix, vitæ prosperiora tuæ
 O' nunquam sors æqua tibi, puer inscius vt
 Diues eras: vt cum poteras, moreris.

Eiusdem Choriambicum.

Omnes qui tumuli cernitis hunc fossilis aggerem,
 Quo BRYNO domitus continuæ febris ab æ-
 stibus

Nuper conditus est ante suum legitimum diem:
 Nam tricesima vix acta viro quintaq; messis est,
 Dignus qui fuerat per numeros ire Phrygis senis,
 Omnem fatidicæ dignus anus viuere puluerem:
 Hoc qui cernitis (inquam) facinus tam miserabile,
 Si quid vos miseret conditionis miseræ & grauis,
 Qua sunt nati homines, præcipue si quis honestior,
 Si quis commodior pluribus & munificentior,
 Ad mortem properans vt præeat deterioribus:
 Ne libare pias relliquijs sit graue lacrymas,
 Et mistas lacrymis ad superos fundere tot preces.

MVLTIS QVI BENE FECIT, FACI-
 ANT HVIC BENE MVLTA DII.

Idem.

Nota domus nulli magis est sua, quàm tua,
 BRYNO,

Nota fuit doctis omnibus vsq; domus.

Hic epulæ, hic epulas inter doctissima mille

Colloquia à claris sunt agitata viris.

Quæ si fortè loquax paries recitare valeret,

Non foret in terris doctior hoc paries.

Idem.

BRYNO iam fuit, eiulate Musæ:

BRYNO iam perit, esurite Vates.

Nam Musas hilarabat ille viuus:

Viuus pascere suctus ille Vates.

At nunc, nunc vbi desit esse BRYNO,

Omnes

Omnes incipiant, licet, licebit,
 Musæ, flere, sed esurire Vates.

Idem.

Remouete iam priora,
 Remouete iam lauacra
 Lacuumq; fontiumq;
 Aganippides misellæ.
 Satis hic, sed ille salsus,
 Liquor artubus fouendis
 Oculis cadens piorum
 Super ossa BRYNONINA.
 Lacrymis natans sepulcrum
 Sat erit superq; cunctis
 Graue, sed pium lauacrum.

Idem.

Has dedit inferias tibi nunc pro tempore BRYNO
 Impetus: at ratio grandius vrget opus.

Idem.

Turbida de lacrymis lugubribus Hippocrene
 BRYNO hodie fluxit, dum cadis ante diem.
 Pro frigente calens, pro dulci euasit amara
 Illa nouena lauans numina fontis aqua.
 Qui fuit ante latex argenteus, is lutulentus
 Confuso non iam est gurgite perspicuus.
 In tumultum manibus violas dum tondet iniquis
 Musa, fit ipsa suis mollibus orba comis.

Orba comis fit Musa suis. nam tu quoq; Musam
Orbâsti moriens BRYNO parente pio.

IN IO. STRACELI REGII
professoris Epulum funebre, postri-
die Regalium seu Epipha-
niæ celebratum.

Quàm varia incertæ quàm fallax alea vitæ
Humanum versat speq; metuq; genus:
Lusus heri fuerat conuiuia ducere regum,
Regaliq; epulas exhilarare ioco.
Lux subiens conuiuia sed funebria præbet
O' Straceli, socijs te moriente tuis.
Humanos casus homines perpendite, lusum
Et luxum, à luctu separat vnica nox.

Eiusdem ad Carolum Lotha-
ringum Cardinalem.

Hebraicis, Græcis, Latijs lectoribus, anno
Carole debentur præmia pro triplici:
Hec numerare velis, aut assignare calendis,
Sed Latijs, Græcis nolo, nec Hebraicis.

Ad Sideridem.

O lentum mihi tormentum ferrata Sideri,
O animæ tristis carnificina meæ:
Te quidem amo, sed sic vt amat bos lassus aratrum,

Excitere è collo quod nequit ille suo.
 Quòd si vis in amore meo est, si cogor amare,
 Non odi, quod amo, sed nec amo, quod amo.

Basium petit ab amica.

Cinnama quod fragret, quod roret balsama, nardum
 Quod spiret, mihi da, lux mea, basiolum.
 Basium, quod me tali perfundat odore,
 Olfacere ut videar mille Arabum segetes:
 Deniq; quod semel è cælo si olfecerit ipso
 Iupiter, hoc sibi nos thure litare velit.

Ad Brynonem.

Si cœnare potes non luxuriantia Bryno
 Fercula, nec mensis æquiparanda tuis:
 Non ego cœnatum, sed te meus en vocat ultro
 Hortulus: ille toros instruet, ille dapes.
 Nam licet herbofo super aggere terga reclines:
 Poneturq; cibi nil tibi, præter olus.
 Quælia, vel pulmenta suis Epicurus in hortis
 Discipulis, solitus vel dare Pythagoras.
 Quòd si vina domo tuleris, prouideris aptè
 Tu tibi: sola illic nam putealis aqua est.
 Hæc te cœna meo mi Bryno expectat in horto
 Sobria, sed de qua crudior esse potes.

De Bracca Brynonis cane, in eius
 horto sepulta.

Braccales manes, Braccali & tecta sepulchro

Ossa, arbor domui quâ facit vna nemus.
 Nusquam vos melius poterat componere Bryno
 Vester in hortensis quàm regione soli.
 Nam sua dum cœlo canis Erigoneius astra
 Promet, vt ardenti torreat arua siti:
 Cognato parcat tumulo reuerentia flammæ
 Cœlestis, canis est si modò cura cani.
 Idq; duobus erit communiter vtile, frondens
 Hortus erit semper, semper erit tumulus.

In Albertum fidicinem Regium.

Iampridem coalescebat tibi renibus inis
 Causa tuæ fidicen calculus ille necis.
 Iampridem gracili lapis ille coibat arena,
 Vocis & vrinæ qui tibi clausit iter.
 Et periturus eras citius, nisi quòd tua donec
 Testudo digitis personat ista tuis,
 Vsq; remolefcens rigidi natura lapilli
 Non poterat tenera mole nocere tibi.
 Sed dum iam senior solido de more remittis
 Pangendi totos cantica docta dies:
 Protinus in durum rediens lapis ille rigorem
 Cœperat asueto sæuior esse tibi.
 Ignarus tacite tu pestis, auensq; dolorem
 Solari, repetis filia canora manu.
 Nec mora cum lapidis iam mollior altera pars est,
 Altera dum fieret mollior, ecce peris.
 Dicta probat demptus vesica calculus, vna

Qui iam parte tener, nunc quoque parte riget.

Qualia quorum pars latet, & pars fluctibus extat,

Incertum lapis an planta, Coralla rubent.

Qualia conspecta modò transformata Medusa

Nec iam tota viri, nec simulacra virum.

Talis forma manet lapidis, talemq; manere

Testem Alberte tuæ dij voluere lyrae.

Cuius magna, licet fuerit te gloria viuo,

Te tamen extincto nunc ea maior erit.

Nunc tu morte tua felix Alberte, probauit

Quem lapides, mortis causa, mouere lapis.

AD IOACHIMVM

Bellaium,

De eius reditu ab Italia.

Sit satis Italiæ, Bellaium, quod procul vnum

Detinet, & Gallis inuidet vsq; suis.

Ille regat Romam: Romanos, qua valet arte,

Ille regat proceres, purpureosq; patres.

Ille sit externis gratus præstantibus actis:

Res iuuat & patriæ, quâ licet, inde suæ.

Pontificem leuet ille graui, sicut leuat vsq;

Pondere: sit meritis charus eiq; suis.

Hæc ita sint, Italis tantummodo ne minor oris

Sit quoque Bellaius, se viduetq; suos.

Italides nymphæ nostri vos vatis amore

Captas non mirum est hunc tenuisse diu,

Vos magis est mirum iam permississe reuerti,

Et vestro

Et vestro auelli non vetuisse sinu.
 Et vetuissetis credo, sed certa voluntas
 Illius ad patriæ tecta redire fuit.
 Ille quidem pius, & senioris amore propinquū
 Qui Scythica vellet in regione mori.
 Aeneam pietas, pietas quoque misit Ulysem
 Subter humum, ut matrem hic viseret, ille patrē.
 Te quoque, Bellai, Bellaij cura videndi
 A patria potuit deripuisse tua.
 Grata seni pietas iuuenem spectare propinquum
 A patria Romam se voluisse sequi.
 Nunc satis officio factum & gentilis amor:
 Et pietas numeros nunc habet ista suos.
 Nunc tempus patriæ te iam seruire relicta:
 Aevi quod superest vendicet illa tui.
 Tu quoq; dulce puta, quod & ipse putabat Ulyses,
 Fumantes patriæ cernere posse focos.
 Ille moras habuit gratas, sed gratius illis
 Se patriæ reducem restituisse fuit.
 Omnia tentauit Circe, pariterq; Calypso,
 Dilectum ut possent detinuisse virum.
 Omnia sed frustra tentarunt: maluit esse
 Ille vir in patria, quam procul inde Deus.
 Immortalis eris dicebat amanda Calypso,
 Si mecum vitæ quod tibi restat ages.
 Dixerat, & frustra tot dixerat illa frequenter:
 Ille tamen miserè semper abire cupit.
 Semper eò spectat, quo ventos flare ferentes

Aspicit

Aspicit ad patrij littora grata soli.
 Illuc respiciens, illuc sua lumina flectens
 Plorabat totos flebilis ille dies.
 Donec mota viri precibus, miserataq; fletus
 Nympha dedit victas in pia vota manus.
 Dimisitq; virum, quamuis inuita volentem:
 Et te inuita tui Roma remisit amans.
 Nunc vos errorem Bellaium admittite vestrum
 Sequanides nymphæ, Parisijq; chori.
 Ille dabit numeros vestris, velut antè, choreis:
 Illius ad solitos membra mouete modos.
 Non quia Thuscana lentus defedit in ora:
 Thuscianos patrijs inseruitq; modos:
 Non quia cum veteris Romæ contendit honore,
 Peligno certans versibus ingenio:
 Idcirco patria est oblitus carmina voce
 Cantare, emeritus qualia cantat olor.
 Vos ea nunc etiam, mihi credite, plectra iuuabunt.
 Quæ tam iuuerunt hoc modulante prius.
 Nunc quoque Bellaij discentes carmina Galli,
 Hunc aliquid dicent addidicisse noui.

A D F O N T E M A R C V L I I
 siue Herculij pagi in agro Pari
 sino. I. Aurati Carmen.

O Fons Arculij sydere purior,
 AEstum marmoreo frigore qui domas:
 Quamuis arua furens Erigones canis

Lentis excoquat ignibus:
 Seu tu nomen habes arcubus à tuis:
 Quorum relliqui.e. semirutæ patent
 Moles, quæ geminus nūc quoq; cornibus
 Iucumbunt geminæ tibi:
 Magni forsā opus regis apostatæ,
 Qui missus Latij finibus, aduena
 Sedes hic posuit, iugera Gallici
 Princeps multa tenens soli.
 Seu fors grata tibi causa vetustior
 Huīus nominis est, atq; libentius
 Audis Herculij fons, & ouans tui
 Crescis laudibus Herculis.
 Nam fama est & in hæc clauigerum loca
 Aduenisse patrem, siue tricorporis
 Cūm monstri domitor gente ab Iberica
 Victorum retulit pedem:
 Seu tunc Hesperidum cūm decus auferens
 Syluis ac pretium, ditibus aurei
 Mali ponderibus tardus, Atlanticis
 Vix vndis caput extulit.
 Hinc Graijs etiam Gallicus Hercules
 Notus, cuius erat forma, catenula
 Aures quæ traheret pensilis aurea
 Vulgi orator & eloquens.
 Forsan cultus & hic Herculeus pater
 Quondam, non minus ac Gadibus in suis
 Quæ fons Herculeo par tibi nomine
 Templum

Templum dicitur Herculis

Perfudisse sacris rite liquoribus:
 Qui (mirum) mare cum cresceret æstuans
 Decreſcebat: ubi deficeret, ſuo
 Exundabat ab alueo.

Huius tu veteris fontis imaginem
 Scruas, namq; duplex imminet arx tibi
 Illis æqua columnis, tuus Hercules
 Quas finem ſtatuit viæ.

Fors & nunc Nemees terror ubi furit
 Vrens cuncta ſuis ſyderibus Leo,
 Te numenq; tuum vitat, & Hercules
 Arcus horret adhuc ſacros.

Fons tu nobilium gloria fontium,
 Quotquot Naiadum Sequanidum ſacra
 Semper voce ſonant, ſemper amabili
 Nympharum ſtrepitant choro.

Nec te vincat honos famaq; gurgitis,
 Quem pendentis equi protulit vngula:
 Sic te celfus & hinc claudit & hinc du-
 Vmbo ſtructilis aggeris. (plex

Inſtar montis, aquas qui gemini tegit
 Umbra verticis, & Pegafidum nemus:
 Hæc Phæbo ſacer, hæc non vlulatibus
 Vnquam Bacchæ carens tuis.

Sunt hic & ſua Baccho, & ſua Apollini
 Conſecrata loca: eſt numinibus ſuis
 Non indigna quies, ſeu genium ſoli,

Artem

Artem siue quis exigit.

Hinc Blandina patent tecta salacibus
Gratas in latebras capripedum iocis:
Lasciuq; gregis, qui sequitur Deum,
Cui colles virides placent.

Illinc Aonidum lusibus, & patri
Phœbo cara domus stat Segueria:
Non auersa viris numen amantibus
Et musarum & Apollinis.

Tu dum nostra tuo flumine temperas
Exsiccanda pijs pocula vatibus,
Nos circum vada, circum latices tuos
Has laudes canimus tibi.

IN IO. VÆVRÆVM RE-
cens cooptatum in Collegium
Canonicorum Heduen-
sium.

AVgusta tellus, & vetus vrbs simul
Augusta & ingens nomine, sed viris
Augustior, quos vsque gignis
Artibus ingenioq; claros.
Tu Galliarum penè potissima
Pars dicta quondam, tu populis potens
Armifq; summum Gallicarum
Credita tu caput esse rerum.
Sed nihil perrenni robore cernitur
Inesse terris: perq; suas vices

Humana nunc tolluntur astris,

Nunc subita trepidant ruina

Troes fuerunt, & fuit Ilium

Ingens: fauillis creuit ab Ilij

Superba Roma, mox & ipsa

Nil nisi grande futura bustum,

Bustive grandis relliquiæ putres:

(Namque & senectus vrbibus est sua

Et gentibus) nec tu priores

Semper eras habitura vires

Augusta moles. Quanta tamen fuit

Olim tuarum nobilitas opum,

Testantur ipse nunc ruina.

Et vetus ambitus ille muri.

Sed mitte mæstas iam quærimonias,

Iam mitte Clio: Nunc quoq; maxima

Et digna tanti restat vmbra

Nominis vrbs veteriq; fama.

Latam vetustæ falx licet amputet

Syluam cupressi, multa manet tamen

Sospes prioris pars odoris

In reliquo mutiloq; trunco

Et nunc in vrbis stat veteris solo

Antiqua gentis plurimâ gloria,

Seu quis requirat firma pubis

Pectora, siue animos & artes.

Sed quid Camoænæ cum lituis? quid est

Bello potentis cum populi asperis

Pugnâ?

Pugnis? inermes nunc sat artes
 Arte mei celebrare plectri.
 Vauræ dulcis, tu decus artium
 Ingens bonarum, mens tibi callida
 Non vnus linguæ: nec vnâ
 Discere sedula disciplinam.
 Græcas, Hebræas, & Latias simul
 Tu res amâsti: tu sacra literis
 Miscere, quâ fas est, profanis
 Me solitus socio atq; teste.
 Ob quæ remotis te tua finibus
 Non immerentem patria deuocat,
 Vauræ, tellus Heduorum,
 Vt meritos incas honores,
 Virtutis vnis quos licet artibus
 Augustoduni, nec petere ambitu
 Foedo: decoris tanta rebus
 Laus & honos apud hosce montes.
 Et nunc amico non ego gratuler
 Tanti fauoris nomine? non bonis
 Musis apud vos tam beatissimis,
 Tam celebres metitis fauores?
 Iam vos Camœnæ fidere, iam decet
 Rebus secundis tollere spiritus:
 Iam digna vestro sunt labori
 Præmia docticolis per vrbes.
 Vobis & ipsis non ego gratuler
 Coetus sœuentum recta sodalium?

Per quos

Per quos viris virtute claris

Est sua non sine dote virtus.

Iam te reportent in patriam tuo

Vauræe coetu sospite sospitem

Leues fauoni sibilantis

Blanditiæ, volucrumq; plausus.

Vt gratulantum gratus in agmine

Docta salutes voce sodalium

Coetum, suas doctos quòd vltro

Amplificas vocet ad cathedras.

IN OBITVM F.

Duareni.

O Mihi solo, Duarene, note

Nomine, & libris, celebriq; fama,

Quæ volat de te varias per vrbes,

Per populosq;.

Sed tamen longo quasi iunctus vsu,

Sic piè dilectæq; diligende

Et mihi, quanuis leuis vmbra, quanuis

Nomen inane,

Quas tibi possum inferias remotus

Infero, liboq; tuo sepulchro

Pauculos versus, lacrymasq; nostri

Pignus amoris,

Tu meas olim solitus Camœnas

(Vt ferunt qui istinc veniunt) amare,

Et fauere illis, & amica multa

Dicere de me.

Nunc & has à me tibi denegari
 Sit nefas. Galli veteres solebant
 Cuiq; quod chari foret, hoc perempti
 Busta piare.

Sit per exemplum mihi fas vetustum
 Ire: quos viuis numeros amabas
 Nuper Aurati, tibi libat idem
 Auctor eosdem.

Hanc habe binis tibi pro tabellis
 Gratiam, quas (Iupiter) elegantes
 Et perornatas meministi mihi te
 Mittere binas.

Quam vicem viuo tibi mors vetat me
 Reddere, hanc saltem tumulo rependam,
 Nil sonans plectro tumidum, sed ut tu,
 Dulce & amicum.

Nec tibi tantum mea Musa munus
 Hoc dabit: doctam simul admonebit
 Margarim fati Duareniani
 Fata secuti

Regis. hic Regis fueras sorori
 Tu cliens, contra illa tibi patrona:
 Forsitan fratris tua nunc & umbrae
 Seruiet umbra.

Hoc tibi mors nunc dedit, at recentes
 Non dedit tædas Dominae videre:
 Quid tamen refert? nihil inde damni
 Est tibi factum.

Nupsit hæc, nubens peperitq; pacem
 Gallia: sed dira Megæra nocte
 Ditis emergens thalâni triumphos
 Funere vertit.

Viueres si nunc simul ipse mecum,
 Hunc heræ casum miserum querelis
 Dulcibus plores: simul ipse mecum
 Carmina libes.

Nunc ter ô felix Duarene tu, cui
 Non heram fas est miseram, & beatam,
 Morte fraterna, proprijsq; tedis,
 Luce sub vna

Cernere: ignoscas, sed ego inuidere
 Hoc tibi possum, tibi si inuidere
 Prosperi quicquam pius accidisse
 Possit amicus.

Quid, quod & dulcis procul hinc abibit
 Margaris nostra, & cupidum sequetur
 Coniugem, Musas abiensq; linquet
 Matris egenas?

Tu iaces ergo reliquis dolende,
 Sed tibi feliciter & beatè:
 Lacrymas non has tibi, sed tuorum
 Nomine fundam.

Tu iaces, inquam, cariturus illo
 Funeris primùm miseri dolore:
 Et iaces illo cariturus altero
 Haud leuiore.

Ille vocalis sine voce nunc es:
 Ille tu nunc es sine mente, cui mens
 Tam capax legum, varijq; iuris
 Extitit olim.

At tuam vocem pariterq; mentem
 Nuper absentem iuuenes requirunt,
 Teq; nunc orbi duce, iuris errant
 Per labyrinthos.

Qualis amisso pecudum magistro
 Grex egens olim ducis, huc & illuc
 Cursitat palans temerè per atræ
 Deuia siluæ:

Nocte nec sera meminit redire
 Ad sibi notum stabulum, tacente
 Fistula certo sibi dante flatu
 Signa receptus.

Alterum nunc tu Biturix dolorem,
 Alterum nunc es graue passa vulnus,
 Quale cum fecit tuus Alciatus
 Te prius orbam.

Ille sed viuusq; vidensq; liquit
 Te suam dulcem patriam reuisens
 Hospes externusq; tuo hunc tibi mors
 Sanguine cretum

Abstulit: nec spes iterum videndi
 Vlla, sed nox hunc & opaca regna
 Ditis æternum sua dura doctum
 Iura docebunt.

Si qua nam vitæ memores prioris
 Ars adhuc umbras tenues fatigat,
 Ille non sella procul adstat illic

A Rhadamanthi.

Stans ibi spectat noua, sed seuera
 Et fora, & subsellia, calculosq̃;
 Ipse quos quassat rigidus capaci

Prætor in vrna.

Nam scholas iuris nec habere Manes,
 Iura nec qui perfidiosa vafre
 Explicent, credas: procul omnis illinc

Et dolus & fraus:

Nuda lex nudis perarata verbis
 Vna, nudatas animas reorum
 Pelle detracta, has citò damnat, illas

Crimine soluit.

Inde diuersos via secta Manes
 Ad beatorum loca ætæna partim
 Ducit: ast illos tenebras adimas

Flebilis Orci.

Te quidem discreta manent piorum
 Arua, sic purum sceleris doliq̃;
 Sic tuo gaudentem aliquid de aceruo

Promere amicis.

Quamlibet Cres in tua facta quæstor
 Acer inquirat, tua iam seuro
 Non minus censore sub Hospitali

Vita probata est.

Ille non te Margaridi clientem
 Traderet quondam, nisi te esse dignum
 Principis cura optima diligentis

Rite notaſet.

Poenitet nec iudicij ſui illum
 Iudicem de te, tua ſic amicè
 Fata deplorat, tua ſic amicè

Nomina laudat.

O' probum quem tam probus approbavit:
 Labis ô purum, ſine labe quem vir
 Ille ſelegit, dominæ deditq;

Labe carenti.

AD CAROLVM 'VTENHO-
 uium patritium Gandauenſem.

Ioan. Aurati Lemouicis Elegia.

SI tibi pauca legi permittit carmina morbus
 Nunc licet Aurati carmina pauca legas:
 Carmina miſſa tui morbi lenire dolorem,
 Nam mihi de morbo maxima cura tuo eſt.
 Non quia diſcipulo mea nunc ſit rarior vno
 Turba Sophocleis erudienda modis:
 Vnus eras mihi tu gregis innumerabilis inſtar,
 Te ſchola ſemper erat noſtra frequente frequens.
 Vtenhouina mihi pro multis auribus auris,
 Vnicus Vtenhouus denſa corona fuit.
 Nunc quoq; cùm ſolita circunder plebe meorum,

Solus

Solus te videor deficiente mihi.

Non tamen ista mei nunc maxima causa doloris,

Hæc utinam curæ sit mihi summa meæ.

Acrior ipsa tua super est mihi cura salute,

Quam nollem morbo succubuisse graui.

Atq; utinam potius ruri tu saluus abesses,

Quò modo dicebas tristius ire tibi.

Illic te potius vellem tuus ille Morellus

Abductum proprios inter haberet agros,

Illic comportare suas te in lintribus vuas

Cogeret, & musto tingere crura nouo:]

Discipulasq; tuas spectare caduca legentes

Grana, sibi comitis matris ad arbitrium.

Illic te Vtenhoui potius cessare Valentem

Optarim à libris longius & studijs,

Quam nec opinato sic contabescere morbo,

Dum nimium Bacchi musta lacusq; fugis.

Forsthan exemplo te nunc iubet ille Lycurgi

Discere contempti quanta sit ira Dei.

Ille, nisi fallor, læsi tibi tormina ventris

Immisit, tela hæc illius esse puta.

Nunc premit inde feri rabies tua viscera morbi,

Alui proluuies inde cruenta venit.

Sed puer ille Deus, pueri placabilis ira est,

Mota truces pueros cymbala flere vetant.

Cymbala tu quate nunc, pueri quò numina places,

Ille puer malus est, est tamen ille puer.

Ille puer potuit sua sub iuga subdere tigres,

Ille suo Lyncum sub pede colla premit.
 Quid: non & puer alter Amor puerilibus armis,
 Et pharetra & paucis intus arundinibus.
 Atq; homines domat atq; feras, licet ipse columbas,
 Nec sua subdiderit sub iuga dura feras.
 Carminibus quoq; gaudet Amor, gaudetq; Lyceus,
 Mirum ni pueris sint ea grata Deis.
 Carmina tu noua da, quorum tibi copia magna est,
 Quæ tua tu partim, partim aliena tenes.
 Sin tibi nunc solite desunt in carmine vires,
 Nec satis ingenij, nec satis oris habes:
 Ad partes veniat Lucretia, & ipsa Camilla
 Graijsq; & Latijs vtrâq; docta modis:
 Voce puellarum pueri placabitur ira,
 Et tibi te reddet discipulisq; tuis.
 Discipulis saluum te reddet vt ille duabus,
 Sic mihi pro multis redditus vnus eris.
 Quod si te incolumen rursus schola nostra videbit,
 Quæ sine te vasta est penè videnda sibi:
 Bina Deo inscribam, cui nostra Tragœdia seruit
 Iuncta Sophocleis carmina carminibus.
 Bacchus amat Sophoclem, cui dum desiderat vnum
 Antipatrum, incolumen reddidit Vtenhouum.
 Hæc ego septembri tecum sum mense iocatus,
 Conueniunt nostris lector & hora iocis.
 Aeger erat lector, lepida nouitate iocorum
 Cogendus morbi non memor esse sui.
 Horaq; nunc anni est scriptis iocularibus apta,

Dum

Dum grauis Autumnus, dum malè tuta salus.
 Dum sua clamosus differt vadimonia Prætor,
 Dum schola iusticio plurima clausa suo est:
 Dum pueri per agros mixtæ puerisq; puellæ
 Cursantes Bacchi depopulantur opes,
 Dum cadus ipse cado dum corbi corbis ærææ
 Aerea falx falci pulsa repulsa crepant.
 Deniq; dum plenis feruet vindemia proclis,
 Inde caput feruens, suafit inire iocos.

1 5 5 8.

Distichon in quendam.

Carmina non vendo, tibi do qui carmina vendis,
 Tu tua qui vendis tam bene, vende mea.

Ιωαν. τῷ Αὐράτου

ὦς Κάρουλον τὸ ΟΥΘΕΝ—Ο—ΒΙ'ΟΣ
 ἀντιπατρὸν αὐτῷ.

Πολλά σου νῦν βαρῶν ἐπιγράμματα Κάρουλε γράφει,
 πάντα γὰρ ἂν γράψεις ἵσταιται ἀντιπάτρως,
 Ἀντίπατρός σου γὰρ ἦσθα, καὶ ἀντιπατρὸς γραφάϊσαι
 ΟΥΘΕΝΟΒ', αὐράτου μάρτυρος, ὅσα γράφεις.

Κ. τῷ ΟΥΘΕΝ—Ο—ΒΙ'ΟΣ

εἰς αὐράτον.

Χρῆσιμ' ἔς σε κἀλλιστὴν, ἐτήτυμος δ' ἐπέλι πάμπαν:
 Χρῆσιος δ' οὐκ ἐπέλις, χρῆσιος ἄρ' αὐτότατος.

εἰς καλλιμάχον ὑπὸ Κ. τῆ Ὀυδέν—
 ὁ—βίος εἰς τῶν ῥωμαίων φωνῆν
 μετὰ νεχθέντα.

Τίσκι τὸν ὕμνογράφου τὸν καλλιμάχου μετ' ἄρισεθ
 ἔφύσει ὕμνων ἄξιον ἀντιτυχέν;
 Οὔτις ἄρ ὦδε μανάν, ἐγὼ δὲ μάλιτα γε πάντων
 φημί τὸν ὕμνητὴν ἀξιούμνοτατον.
 Ἀλλ' ἔχ σὺρετὸς ἄλλος ὁ καλλιμάχος κατὰ γαῖαν
 ὅστις ἄρ ὕμνήσει ἄξια καλλιμάχου.
 Κάρολι σὺρ σι λαχὼν ὕμνων ἴδερ ἱρμυνοστῆν,
 ἄξιον ὕμνοπόλου δ' ὄντινον αὐδὶς ἔχει.

Ἰω. τῆ αὐράβου.

ODES AD CAMILLAM
 Morellam Commatrem
 fragmentum.

O nec paterni degener ingeni,
 Et matre docta filia doctior,
 Si tu Morelli vera proles,
 Veraq; filia Deloinæ es:
 Diuina sed vis mentis et indoles,
 Diuinus artes inpetus ad bonas
 Vnam iubent te suspicari
 Mnemosynes Iouis et puellam.
 Non tu, puellæ ceu reliquæ, quibus
 Mortalis ortus, parua pueritiam

Inter

Inter colos lanasq; viles
 Inter acus neq; transisti.
 Sed nec Camillæ more, tibi dedit
 Quæ nomen, altis in siluis feras
 Sectans, puellarem exuisti
 Turpiter ambitiosa sexum.
 Paternos inter sedula sed libros
 Materna versans inter & optima
 Præcepta, dum tractas viriles
 (Facta vir es velut Iphis) artes.
 Nec iam Camillam dicere sed mihi
 Te fas Camillum, non patrio solo
 Qui reppulit Gallos, sed illos
 Qui decus in patrium reducet. &c.

* * *

Collega quod si tertius ad duos
 Accedet illos doctor item tuus,
 Spes magna Flandrorum, domusq;
 Vtenhouæ rediuiua virtus:
 Tam dulcis ibit, tam mihi candida hæc
 Commatre Lux te & compatre Carolo,
 Quàm Carolus qua summus ille
 Compater est mihi luce factus.

Aliud ad Carolum Lotharingum
 Compatrem suum.

Carolus Auratus tua Carole nomina seruans
 Munera parua puer dat tibi, magna petit,
 Magna

*Magna petit, nec dat magno, tibi, nam dare magnos
Munera magna decet, non decet accipere.*

EIVSDEM IN CAR. VTE-
houium Nonni Dionysiacis in-
fudantem.

*Vtenhouus Nonno nonam dum noctis in horam
Incubat, Aurato concubus esse cupit:
Sed negat Auratus, quia non putat esse decorum
Gallinae gallos concubuisse duos.*

IN ITALVM FVNAMBVLVM
in Sequanam lapsum, Aurati & Vten-
houij colloquium

ἡμισίχιον.

*Aur. Italus esuriēs Vtenh. si spes modo iusserit auri,
Aur. Alter erit Phaeton, Vtenh. Icarus alter erit:
Aur. Ardeat vt Phaetō Vt. mergatur vt Icarus vndis,
Aur. Ambustus Vtenh. medijs præcipitetur aquis.*

Idem græcè

*Ἴταλος ὄν πινάρης, χρυσὸς τις ἀνὴρ ἰλιπὶς ἀνώγας,
ἰναρος ἰσθ' ἴτιρος, καὶ φαίδων ἴτιρος,
Ὡς φαίδων φλεχθῆναι, ὡς ἰναρος ὑδατα δύναι
κεκρυφθῆναι μίαν οἰς ἡμιφλεγῆς ὑδασιον.*

Idem aliter

Ἴταλι χρυσομαρῆς χρυσοῖο κενήλιπιδά βόσκων

ἄλλος

ἄλλος ἔσσι φαίδωρ, ἢ κάρος ἄλλος ἔσσι,
 Ως φαίδωρ φλεχθῆς, ὡς ἰκάρος ὕδασι βαφθῆς,
 ἄξιός ἐστι δύναι ἡμιφλεγυς ἐς ὕδωρ.

Τῆ—ΟΨΘΕΝ—ΟΒΙ'ΟΣ.

A V R A T I A D M A R G A R I -
 tam Francicam Henrici secundi
 vnicam forem,
 τετράστιχον.

Lætus ut hic annus leto tibi ab omine surgat,
 Accipe de lætis omina connubijs.
 Exitus in dijs est, sed seu præfagia vatum
 Sunt aliquid, vel nil, quid bona verba nocent?
 Ad Ianum Auratum.

Aurate, Aoniæ decus cateruæ
 Aurate, aureolis tuis Camœnis
 Nobis aurea secla qui reducis,
 Putabam ipse quoq;, id quod & putabat
 Ilio, & pelago miser tot annos
 Ulysses Ithaca è sua reuulsus,
 Dulce scilicet esse vel fauillam
 Fumantis patrij foci videre,
 Gaudebam atq; mihi ipse gratulabar,
 Circes pocula, munera & Calypsius,
 Sirenum insidias, trucem Charybdim,
 Fauces Antiphatis, domosq; diras
 Cyclopum potuisse præterire:

Sed (ô spes

Sed (ô spes hominum leues) reuersura
 Per tot heu pelagi æstuantis vndas,
 Per tot flumina, saxeaſq; rupes,
 Per tot aërias niues, proterui
 Edunt mille proci, procos vocare
 Si curas liceat, malaſq; lites,
 Quæ noſtrum malè corculum perurunt,
 Quæ noſtras penitus vorant medullas.
 His, Aurate, malis premor miſellus,
 Hæc Aurate meam domum frequentat
 Turba, ſic patrios lares reuiſo.
 Saltem ſi qua mihi domi pudica
 Foret Penelope, piuſq; natus,
 Longæuus genitor, ſagaxq; nutrix,
 Qui leti exciperent, piſſq; feſſum
 Fouerent manibus: nihil ſed horum
 Repertum mihi: ne vetus quidem
 Agnouit dominum canis. quid vltraſ
 Iam ſpes nulla mihi, mihi ſalutis
 Nulla iam miſero via indicatur,
 Ni quem, Aurate tibi dedere Muſæ
 Arcum, mi dederis, malos necare
 Procos qui valeam potente dextra.

Ioach. Bellaius. And.

IDEM IN IO. AVRATVM

Aurea quòd Phœbus dictet tibi carmina Iane

Aurati

Aurati nomen fata dedere tibi,
 Aurea carminibus sed si det munera Princeps,
 Aureus ex vero tunc tibi nomen erit.

AD CAROLVM LOTHARIN-
 gum Cardinalem Mich. Hosp. de Au-
 rato in Regionum professo-
 rum numerum coopta-

το 2 5 5 6.

ἑξ᾽ ἑστὶ χον.

Auratum, cui nihil fuit auri, præter honestum
 Nomen, in aurasti: sibi nunc bonus ille Poeta
 Non auratus, ut antè, sed aureus esse videtur.
 Pro quo non fuluo templum tibi construit auro,
 Aureolis magis ille suis te versibus olim
 Aurea cantando sublimem ad sidera tollet.

In eundem C. V.

Avrea cum non sint tua carmina Iane sed aurū,
 Te precor Auratum qua ratione vocas,
 Quos facis Aurati, sunt Aureoliq; Poetæ,
 Hoc cur dicaris nomine causa latet:
 Ergo tui causam vel nominis ede, vel aurum
 Tu mihi mutato nomine semper eris.

Eiusdem. In Io. Auratum.

ἀναγραμματισμός.

ARS EN NOVA VATIS.

Arte noua factum cum noster Apollo Poetam
 Cerneret Auratum, quis stupefactus, ait,

ille

Ille quis est Vates, ARSEN NOVA VATIS, in
illo

Quisquis is est Vates ars noua Vatis inest.

Arte noua Vates en aureus aurea condit

Carmina quæ reris cælite facta nouo,

ENideo ARS VATIS noua dictus & ille nouorū

Arte premat vatum quod genus omne noua.